



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1626**

Psittacvs. Descriptio LXIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68724](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68724)

## PSITTACVS.

## Descriptio LXIII.

**P**sittacus avis Indiae est, instar illi minimo minus, quam columbarum, sed nec colorum columbarum. Non enim lacteus ille vel liuidus, vel vtrunque subluteus, aut sparfus est, sed color Psittaco viridis, ex intimis plumulis, & extimis palmulis, nisi quod sola ceruice distinguitur. Enimvero ceruicula eius circulo niueo velut aurea torqui pari fulgoris circumactu cingitur, & decoratur: rostri prima duritia, cum in petram quampiam concitus altissimo volatu, praecipitat, rostro se velut anchora excipit. Sed capiti eadem duritia, quae rostro: cum sermonem no-

strum cogitur amulari, ferrea clauicula caput tunditur, imperium magistri vt persentiat, haec ferula discenti est. Discit autem statim pullus vsque ad duos aetatis suae annos, dum facile os vti conformetur, cum tenera lingua vti conuibretur. Senex autem captus, & indocilis est, & obliuiosus. Verum ad disciplinam humani sermonis facilius est Psittacus glande qui vescitur, & cuius in pedibus vt hominis quini digituli numerantur: Non enim omnibus Psittacis id insigne, sed omnibus proprium, quo eius lingua latior, quam caeteris auibus, eò facilius verba hominis articulantur pateat: iore plectro, & palato. Id vero quod dicit ita similiter nobis canit, vel potius eloquitur, vt vocem si audias, hominem putes. Nam quidem si videas idem conari non eloqui.

*Id. Florid. lib. 1.*

## PAVO EX LVCIANO.

## Descriptio LXIV.

**Ο**δὲ ταύς ἦρθε ἀρχομένως, πρὸς λεῖμῶνα τινὰ ἐλθὼν ὅσποτε, καὶ τὰ ἀνθη πρόσειν οὐ ποθεινότερα μόνον, καὶ ὡς ἀνείποι τις ἀνδρότερον καὶ τὰς βαφὰς καθαρότερα, τότε, καὶ οὗτ' ἐκπετάσας τὰ πτερά, καὶ ἀναείξας τὸ ἥλιον, καὶ τὴν οὐρανὸν ἰσάρας, καὶ πάντοθεν αὐτὸν περιήσας ἐπιδείκνυται τὰ ἀνθη τὰ αὐτῶν, καὶ τὸ ἕαρ τὸ πτερόν, ὡς αὐτὸν προκαλέντ' ἐπὶ τὸν λεῖμῶνα ἐς τὴν ἀμίλλαν, ἐπιτρέφει γὰρ αὐτὸν, καὶ περιάγει, καὶ ἐκπομπέει τὸν κάλλι ὅτι δὴ καὶ θαυμασιώτερον φαίνεται πρὸς τὴν αὐγὴν, ἀλλὰ πομέναν αὐτὸν χρωμάτων, καὶ μεταβαρόντων ἡρέμα, καὶ πρὸς ἕτερον εὐμορφίας εἶδος ἑπομένον. πάσχει δὲ αὐτὸ μάλιστα ἐπὶ τὸ κύκλων οὐς ἐπ' ἄκροις ἔχει τοῖς πτεροῖς, ἰριδὸς τινὸς ἑκάστον περιβέσσης. ὁ γὰρ γένεως χαλκός ἦν, τὸ τε ἐγκλίαντ' ὀλίγον, χρυσοῦς ὡφει, καὶ τὸ ὑπὸ τῷ ἥλιον κυανὰυγές, εἰς κίαν δειχλοαυγές ἐστίν. οὕτω μετακινεῖται πρὸς τὸ φῶς καὶ πτεροῖς.

**P**avo autem incipiente vere ad pratum aliquod accedens, quando & flores prodeunt non amabiliores modo, sed & (vt ita dixerit quispiam) floridiores; & quod ad colorem, & tincturam attinet, liquidiores: ipse quoque extentis pennis, iisque ostensis foli, & sublata cauda, eamque vndique circa se pandens, spectandos exhibet, & illius flores; & ver illud pennarum, perinde vt prato, ad huiusmodi contentionem, & certamen ipsum prouocante: conuertit quippe se ipsum, & circumagit, & quasi quamdam pompam agit pulchritudinis suae: quando videlicet, etiam admirabilior apparet ad splendorem solis, variantibus se coloribus, & paulatim in alios, atque alios transeuntibus, aliamque, ac nouam formositatis speciem subinde recipientibus: Accidit autem hoc potissimum in citiculis, quos in summis pennis habet, quorum quemlibet, quasi quaedam irides circundant. Nam qui ante aereus vilis fuit, mox inclinante se paulum illo aureus conspicitur: & rursus, quod ad lucem apparuit, si sub vmbra transferatur, viride videbitur. Adeo ad luminis vicissitudinem pennarum ille ornatus variatur.

*Lucian. de domo.*

*Item*